

INCIPIUNT BREVES EIUS DE MA

I Nativitas xpi · magorum munera · occultatio ihu · Infantes inter
ficiuntur ·
II Regressus ihs ex egypto in nazareth · a iohanne in iordane
baptizatus est ·
III · Ihs temptatus a diabolo vicit · petrum & andream · iacobum · &
iohannem piscatores convocat · et circumiens galileam varios
languores hominum curat ·
IIII De beatitudine & de ceteris mandatis ·
V Orationem docet inter cetera mandata · non esse cogitandum
de victu · & vestimento predicat ·
VI Non esse iudicandum · et de margaritis ante porcos · petendum · que
rendum · & pulsandum · a pseudo prophetis cavendum quia
non omnes qui dicunt dne dne introibunt in regnum celorũ ·
de domo edificata super petram vel arenam ·
VII Leprosum mundat · puerum tribuni paraliticum curat · Socrum
petri a febribus liberat · de plurimis curis · et ut mortui mor
tuos suos sepeliant cuidam dicit ·
VIII Navigans tempestatem sedat · In terra gerasenorũ demonia eicit ·
VIIII Paraliticus curatus suũ lectum portat · matheum convocat in do
mo eius discumbens · phariseis dicit ñ ee opus sanis medico ·
X Parabolam panni & scissure · & utrium & vini ponit · mulierem
a profluvio liberat · & filiam principis cuiusdam mortuam
suscitat · Cecis oculos aperuit · surdum & mutum demoniũ
eicit · Duodecim aptos premittit cum omni doctrina & dicit
qd non venerit pacem mittere super terram sed gladium ·

9

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

Trierer DOM

HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen

Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991

© Hohe Domkirche zu Trier, Domschatz
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/dst_ms137-133-65/0019